44)

1978 M 311

HUNGARIÆ FATALEM STATUM,

PER

APOSTROPHEN

LAPIDI,

SERENISSIMO atque CLEMENTISSIMO

DOMINO,

DN. MAURITIO VVILHELMO

DUCI SAXONIÆ, LUSATIÆ &c. &c.

PRINCIPATUS MERSEBURGENSIS

HÆREDI &c. &c.

PATRI PATRIÆ

CLEMENTISSIMO,

MÆCENATI SUMMO,

PATRONO

ATQUE

PROMOTORI MAXIMO,

INSCRIPSIT

CLIENS DEVOTISSIMUS

I. A. Hung. SS. Theol. Stud.

UNIV. U. LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Kapsel 78 M 3,11 [44]

+ X3047862 N

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-751812-p0001-0

Cur luctu obruta ploras Hungaria?
Ploranda eſſes, niſi cauſam plorandi haberes,
Cur non ploraſti,
cum tempus plorandi haberes?
Nunc ploras
quia
Vocem Jonæ ſpernebas
HANIBALEM remotum nihili curabas
nunc
quia
HANIBALEM ante portas cernis
ploras.
Terra,
quæ paulo ante
benedicta
vicinis terris auxiliô ſuccurrebas
ploras:
CYTHARA tua verſa eſt in luctum:
Cauſam ſi quæris apparentiæ dabo illam,
quam primis lineis aſſignavi
eſt autem potiſſima;
LEX,
invictæ neceſſitatis,
qua
inter ſe.
Animi Hungarorum conſeruntur,
ob peccata origéntis
commiſſa,
evitanda.
An non
Aura hic clementior?
Alibi vero rigidior:
Terra quoque calidior
ex una parte
quam ex altera,
non minus morum
quàm animorum
magnam diverſitatem inducant?
Mater inſuper frugifera,
abundantia indulgentiſſima;

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-751812-p0002-6

ſed nunc
luctu obruta ploras Hungaria,
cæſi ſunt e tuis non nulli.
Digni forſam erant,qui cæderentur non qui flerentur;
cæſa es,
ut
ſanentur vulnera,
occiſa es,
Hungaria
ut
vivas;
proſtrata armorum ſtrepitu jaces,
ut
ſurgas,
Proceres tui in exilium pulſi ſunt,
ut
auxilium quærant.
Hungaria luctu obruta ploras!
gravis eſt tibi miles, imo non eſſet,
niſi gens tua eſſet levis
Hungaria ploras.
Navis ne potius ventos, ſequatur quam rectorem
ferreâ anchorá eſt continenda,
ne leviter hinc inde fluctuet
oneranda ſaburrà;
Mobiles Hungarorum animi,ad res re novandas præ-
ferreo milite,forti exercitu, (cipites,
continentur.
Sed
deflet adeptam Hungaria libertatem.
Hungariæ libertas eſt, nimia carere libertate;
ſervit cum libera eſt, cum ſervit dominatur.
nam
obligare ſe jugo alieno
nulla libertas eſt,
Parere
PATRI PATRIAE
ſervitus.
&
cum ſe exoneratam omni onere putat

jugo ſervitutis premitur
Hungaria.
Nam
nulla facies mali de eſt,
cum
omnia planctu tumultuque implentur.
Vir Viro,
arma armis
conſerta ſunt,
donec arma armis conſerendo,
LEOPOLDI PRIMI
CONSILIO atque INDUSTRIA,
vincetur Pannonia.
Sic
Redibit ad Dominum, quod fuit ante ſuum.
Abrumpe itaque quærelas Pannonia,
inter inferias tuorum plaude.
Reſpirabis, ubi Rebelles tui ex ſpiraverint.
Pro funalibus,
Tædas accende nuptiales.
Epithalamium cane
PACI & LIBERTATI,
PATRI PATRIAE,
pacem cane.
ſic
Redibit poſt Nubila Phœbus.
Quid ploras?
Libertati tuæ loqueos ſtrui arbitraris?
non falleris omnino;
Laquei ſunt, ſed quibus profuga retrahatur,
non captivetur libertas.
Erras,
ſi liberam ſervitutem ſervæ poſtponis libertati
Libertatem aucuparis;
Campos AUSTRIACOS pete, ſed ſine laqueis,
ſine retibus ſine armis,
& poſt hæc,
ALARUM ſub UMBRA,
PATRI PATRIAE
PACEM atque VICTORIAM
cane.

44)
1978
M
311

HUNGARIÆ FATALEM STATUM,

PER

APOSTROPHEN

LAPIDI,

O atque CLEMENTISSIMO

OMINO,

AURITIO

LHELMO

ONIÆ, LUSATIÆ &c. &c.

TUS MERSEBURGENSIS

HÆREDI &c. &c.

RI PATRIÆ

LEMENTISSIMO,

ENATI SUMMO,

ATRONO

ATQUE

OTORI MAXIMO,

INSCRIPSIT

CLIENS DEVOTISSIMUS

Hung. SS. Theol. Stud.

Kapsel 78 M 311 [44]
+3047862

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-751812-p0005-2